



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

VIII. Papst Johann XIII. ermächtigt den Erzbischof Adelbert von Magdeburg, den Bischöfen jenseits der Elbe und Sale ihre Diöcesen einzutheilen und verordnet, daß der Erzbischof von Magdeburg künftig ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

dalmaticis et festis diebus sandaliis induantur, similiter et diaconos septem cardinales habere concessit, dalmaticis omnibus diebus excepto ieiunio festis autem utentes sandaliis. Insuper archiepiscopum magadaburgensem inter cardinales episcopos nostre sedis confortium habere et per omnia archiepiscopis treuerensi colonienti, moguntienti equalem esse permittit. Quo facto imperator desiderio potitus adelbertum archiepiscopum cum privilegio et nichilominus praeceptis suae imaginis in omnibus tam proprietatibus quam comitatibus eorum roboraturum archiepiscopatum direxit. Vnde oportet ut nos diuina inspiratione et tanta geminae confirmationis auctoritate commoniti loco nostro mundiburdio subiecto prouideamus nunc et in posterum. Exinde et apostolica auctoritate eundem archiepiscopum cum omnibus pertinentiis suis, que sunt in questis seu etiam in quirendis sigillo nostrae imaginis ac banni nostri praeceptione firmamus atque roboramus. Et si aliquis temerarius archiepiscopum eius loci inquietauerit seu proprietates distraxerit, nostra praeceptione uiolata, in die iudicii sciat se diuinae ultioni subiicere.

Nach dem Liber privilegiorum S. Mavricii in Magd. fol. 3.

VIII. Papsi Johann XIII. ermächtigt den Erzbischof Adelbert von Magdeburg, den Bischöfen jenseits der Elbe und Sale ihre Diöcesen einzutheilen und verordnet, daß der Erzbischof von Magdeburg künftig sowohl die Suffragane weihen, als selbst von diesen geweiht werden soll, im October 968.

Johannes, feruus seruorum dei, carissimo confratri nostro adelberto, sanctae Magadaburgensis aeccliesiae archiepraefuli, in domino aeternam salutem. Ita te frater carissime et coepiscope noster uita mores tui haecenus idoneum reddidere, ut multa tibi credere plura etiam committere sicut bono dispensatori non hesitem. Igitur quia ad pastorale culmen plebis tuae et comprovincialium tuorum et nostra post diuinam te auctoritas promouit et quia tanta scilicet plebs ultra fluuios albam scilicet et salam, deo nouiter adquisita paucis pastoribus minime tueri potest, qualiter episcopis tuae sedi subiectis parrochias rationaliter et congrue diuidas & distribuas tuae dispensationis et discretionis examini committo et hoc serenissimi spiritualis filii nostri Ottonis imperatoris augusti, qui eiusdem tuae aeccliesiae fundator & auctor est cura, diligentia et iudicio fieri per praesentis privilegii munimen statuo & confirmo. Sit ergo ab apostolica sede, cui deo auctore praesideo, aeccliesiae tuae concessum, ut ab eius rectoribus episcopi, qui ultra albam et salam constituti et constituendi sunt, post futuris temporibus consecrentur et ipsi eiusdem tuae scilicet aeccliesiae archiepiscopos, sicut pro tempore fuerint, consecrent, qui pallium secundum morem romanae aeccliesiae a nostra sede recipiant. Vnde, frater karissime, dilectionem tuam amoneo et obtestor, ut omnino sis sollicitus, ne aliquid sibi commodi datio seu gratia uel quarumlibet supplicatio personarum in sacris ordinibus uendicet, sed ad hoc officium ille perducatur, quem morum grauitas commendat et uitae praeteritae actio. Oramus autem omnipotentem deum, ut sua te munitione circumagat et sacerdotum susceptum officium operibus implere concedat. Actum per manum stephani, scinarii & bibliothecarii sanctae romanae aeccliesiae, in mense octobri, Indictione statutum duodecima.

Nach dem Liber privilegiorum S. Mavricii in Magd. fol. 6.